



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Ne fideles in coemiteriis prandere præsumant. xxxviii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Ex cōcil. Meldēsi, cap. 10. **P**lacuit prohiberi ne fœminæ in cœmiterio perirent, eo quod sæpe sub obtentu orationis & religionis latenter scelera committant.

De conuiuio quæ sunt ritu paganorum.

Caput XXXVI.

Ex cōcil. Africa. cap. 27. **I**llud etiã petendũ, vt quoniam contra præcepta diuina conuiuia multis in locis exercetur, quæ ab errore gentium attracta sunt, ita vt nunc à paganis Christiani ad hæc celebranda cogantur, ex quare temporibus Christianorum imperatorum, persecutio altera fieri occulta videatur, vana talia iubeant, & de ciuitatibus & possessionibus impiorum pœna prohiberi, maximè cum etiam in natalibus beatorum morum martyrum per nonnullas ciuitates, & in ipsis locis sacris talia committere non reformident, quibus diebus pietatem, quod pudoris est dicere, saltationes sceleratissimas per vicos atque plateas exercent, vt matronalis honorum innumerabilium fœminarum pudor, deuotè venientissimi sacratissimum diem, iniuriis lasciuentiũ appetatur, vt etiam ipsius sanctæ religionis penè fugiatur accessus.

De eadem re. Cap. XXXVII.

Ex decr. Leonis papæ. **S**i conuiuio solo gentilium, & escis immolatiuis vtiliter possunt ieiuniis & manus impositione purgari, vt deinceps ab idolothitis abstinentes, sacramentorum Christianorum possint esse participes. Si autem aut idola adorauerint, aut homicidiis vel fornicationibus contaminati sunt, ad communionem eos nisi per pœnitentiam publicam non potest admitti.

Ne fideles in cœmiteriis prandere præsumant.

Cap. XXXVIII.

Ex cōcil. Braggar. cap. 70. **N**on liceat Christianis prandia ad defunctorum pulchra deferre, & sacrificare mortuis.

De illis, qui balationes fecerint, & se in alienas formas transformauerint. Cap. XXXIX.

Ex eodẽ, cap. 80. **S**i quis balationes ante Ecclesias sanctorum fecerit, & qui faciem suam transformauerit in habitu mulieris, & mulier in habitu viri, emendatione pollicita illi nos pœniteat.